



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorum Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia

Ab anno CCCCII. ad annum CCCCXXX.

Parisiis, 1644

VII. Vt alterius clericum nullus ordinet, neque ab alio electum recipiat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14918

14 INNOCENTII PAPÆ I.

Pray. 19.

Dist. 34.
Quod si
non.

nigeneris coniungerentur, ab ipso Domino sint benedicti, & Salomon dicit: *A Deo præparabitur viro vxoris*. Quam formam etiam sacerdotes omnes seruare vñsus ipse demonstrat Ecclesiæ. Satis enim absurdum est, aliquem credere vxorem ante baptismum acceptam, post baptismum non computari: cum benedictio quæ per sacerdotem super nubentes imponitur, non materiam delinquendi dedisse, sed formam tenuisse legis a Deo antiquitus instituta doceatur. Quod si non putatur vxoris esse computanda, quæ ante baptismum ducta est, ergo nec filii, qui ante baptismum geniti sunt, pro filiis habentur.

VII.

Dist. 71. De
aliena.Cor. 16. &
17.

Vt de aliena Ecclesia clericum ordinare nullus usurpet, nisi eius Episcopus precibus exoratus concedere voluerit. Hoc etiam Synodus statuit Nicæna, vt abiectum ab altero clericum altera Ecclesia non recipiat.

VIII.

Vt venientes a Nouatianis vel Montensibus, per manus tantum impositionem suscipiantur: quia quamvis ab hereticis, tamen in Christi nomine sunt baptizati: præter eos, si qui forte a nobis ad illos transeuntes rebaptizati sunt. Hi si resipescentes & ruinam suam cogitantes redire voluerint, sub longa pœnitentiæ satisfactione admittiendi sunt.

IX.

Dist. 31. Te-
nere debet.Leuit. 11.
44. & 20.

Luc. 1.

Præterea quod dignum & pudicum & honestum est, tenere Ecclesia omnino debet, vt sacerdotes & Leuitæ cum vxoribus suis non coeant, quia ministerii quotidiani necessitatibus occupantur. Scriptum est enim: *Sancti es tu, quoniam ego sanctus sum Dominus Deus vester*. Nam si priscis temporibus de templo Dei sacerdotes anno vicis suæ non discedebant, sicut de Zacharia legimus, nec domum suam omnino tangebant, quibus utique propter sibi successione vxorius vñsus fuerat relaxatus; quia ex alia tribu, & præterquam ex semine Aaron, ad sacerdotium nullus fuerat præceptus accedere: quanto magis hi sacerdotes vel Leuitæ pudicitiam ex die ordinationis suæ seruare debent, quibus vel sacerdotium, vel ministerium sine successione est, nec præterit dies, qua vel a sacrificiis diuinis, vel a baptismatis officio vacent? Nam si beatus